



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

An sit contra perfectionem dominij passionum, vehementer irasci, &  
acriter reprehendere ac punire discolos, & alios delinquentes. Cap. XXX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

ad similitudinem aliarum picta sunt, totum illud floridum colorum, qui sunt additi imagini similitudinem picture per omnia seruat. & retinet vsque ad imitationem etiam subridens, sic in iis, quos diuina gratia ad similitudinem Dei depingit, illuminatio charitatis addita, declarat eum, qui ad imaginem Dei factus est, esse ex omni parte similitudine Dei decoratum. Non enim potest alia virtus Vacuitatem Passionum ipsi anima acquirere, nisi sola charitas. Plenitudo namq; legis dilectio est. Quamobrem renouatur quidem homo noster interior de die in diem in gustu charitatis, impletur verò, cum hac perficitur.

CAPVT TRIGESIMVM.

An sit contra perfectionem dominij passionum, vehementer irasci, & acriter reprehendere, & punire dyscolos & alios delinquentes?

R. Respondeo cum S. Basilio, non esse contra perfectionem dominij passionum vehementer irasci, & reprehendere & punire, si ad sint 4. conditiones. Primum si iusta sit causa iracundia. Secundum si ira non præcuerat rationem, sed ab eâ voluntariè imperetur, & quasi exurgere iubeatur. Tertio si sit coniuncta cum mansuetudine interna, & perturbationem omnem animi excludentem. Quarto si non sit vllus excessus in reprehensione quoad acerbitatem verborum, & feritatem gustuum ac vultus immoderatam, & quoad grauitatem pænæ peccatum commissum in altero castigante. Quâ de re sic loco citato scribit S. Basilius:

Mansuetudine cum primis plenus esse Monachus debet. Caterum si vsus inciderit, vt suscipienda aliquando à nobis aduersus alicuius negligentiam indignatio sit, qui sit in nostrâ ditione, adhibenda in eo cura est, vt indignatio ratione sit temperata. Siquidem gladius Medici vtuntur & homicida. Verum hi, quod ad eos tractandos ira atque immanitate impulsu accedant, sceleratissima per eos designant facinora, & vitâ spoliant. Illi contra quod ex ratione ipsis vtuntur, magnas ex iis afferunt vititates. Siquidem eorum operâ vsi, constituto homines in periculis liberant. Eodem modo etiam quicumque adhibita in consilium ratione sibi indignandum censuerit, magnoperè illi vitilis fuerit, aduersus quem animo incitatus sit: nempe qui eius vel negligentiam corrigat vel improbitatem. Contra verò qui ab ira vinci se sinit, ab eo rectum proficisci nihil potest. Non esse verò alienum ab iis, qui mansuetudini student, animo interdum incitari, hinc perspicui facillime potest, quod Moyses, de quo in Sanctis literis testatum habemus, mortaliu eum omnium longè mansuetissimum fuisse, vbi ita temporis ratio poscere visa est, vehementissime est indignatus, atque eatenus animi concitatio progressus, vt eam non aliâ ratione quam suorum eade terminaret: hocque tum cum vitulum illum fabricauerunt, tum etiam cum nefarius se Beelphegur ritibus polluerunt. Ex quo intelligi facile potest, vt quis ad-

hibita ratione animo incandescat, posse nihilominus eum dignitatem mansuetudinis incorruptam retinere. Nam illud omnino nunquam moueri, aut, scubi opus sit, non indignari, nature potius lenitudo, quam mansuetudo appellanda est. Porro mansuetudini naturaliter etiam ferè adiuncta est patientia mater. Neque minus etiam iis, qui verè modo mansueti sunt, ac non qui moribus sunt plus a quo seueris implexi ac defedati permittim se attemperat, & comitem adiungit benignitas. Hac enim suavis ac placida benignitas, materiam suggerit gignenda mansuetudini. Vtraque porro hac virtus vnâ, inter se commissa coniunctaque præstantissimam virtutum omnium Charitatem efficiunt.

Confirmatur hæc responsio, Christi Domini exemplo, qui etsi dominium passionum habuerit maius, quam vllus Sanctorum, tamen irascebatur. Mar. 3. 5. Acriter increpabat Iudæos, Matth. 3. 7. & cap. 12. 34. Vocans progeniem piperarum, & vt obseruauit B. Laurentius Iustinianus, cum inuenisset in templo vendentes, facto ex fomiculis flagello, omnes eiecit è templo & numulariorum effudit as, & mensis subuertit. Ioan. 2. 15. Et Spiritus sanctus, qui procul dubio nil suadet perfectioni summae contrarium, monuit: Irascimini & nolite peccare. Quod fit, vt S. Gregorius ait: Cum ira etiam delinquentium culpas exequitur, non debet menti quasi domina preire, sed post rationis tergum, velut ancilla famulari, vt ad faciem iussu veniat. Quare benè S. Bernardus scripsit: Non irasci vbi irascendum est, peccatum est: plus irasci quam irascendum est, peccatum peccato addere est. Sanctus, quoque P. N. Ignatius habuit dominium perfectissimum omnium passionum, vti supra ostensum est; tamen teste Maffcio, si quando (quod tamen perraro fiebat) rei necessitate coactus vultum indueret seueriorem, & aliquem increparet seuerius, tanta erat vis pondusque verborum, vt contra ne hiscere quidem auderet quisquam. Adque præsertim in causa viri cuiusdam insignis apparuit, qui cum turbulencior esset, quam vt eum diutius ferri oporteret, cumque eius animum Ignatius blandis monitis præceptisq; nequicquam sanare tentasset, ad extremum oratione cõuersa, diuinam restatus iustitiam, ac celestis ira minas intentans, tantum ardorem spiritus prætulit, ipsi vt parietes, tectaq; non dubio motu nutare & concuti viderentur. Quo terrore percussi qui aderant, illico procumbentes. Dei pacem precibus ac votis exposcere, ipse verò qui accusabatur exanimis ad pedes Ignatij sese confestim abiicit, ac supplex confusa voce, culpa veniam petiit, seque posthac in officio fore pollicitus est. Irascimini, inquit S. Ambrosius, vbi est culpa, cui irasci debemus. Non potest enim fieri vt non moueamur rei indignitate: alioquin non virtus, sed lenitudo & remissio iudicatur. Et non irasci vbi irascendum est, peccatum est, vt dixit S. Bernat. paulò antè citatus, Immodè hoc est signum animæ in passionum fixatione proficientis, iudicio S. Diadochi. Postquã, inquit, anima capit passiones superare, non patitur iam sum

Rom. 11.

217. Constit. m. c. 14.

Nu. 11.

de casto cona. c. 7. col. 7.

Plal. 4. 3. epist. 12. 6.

ep. 69. ad Guid.

259. num. 64.

1. 3. c. 6.

l. 1. Offic. cap. 21.

cap. 71.

propter contemptum rerum presentium, tum propter  
 charitatem, ut videat, ne per somnium quidem, legem  
 Dei violari; quin potius irascitur male facientibus, quo-  
 ad videat contumeliosos in virtutum iustitia, dignitate  
 iustitia pie defendere. Et Iud. Pelusioti, Mansuetum,  
 inquit, hominem Scriptura pugnacem ac bellicosum red-  
 dit, cum quisquam adversus Deum aliquid molitur. Ad hunc  
 modum Moysen adversus populares suos excitavit. Sic Phi-  
 nees item iniquos ac sceleratos pugione confodit. Sic Da-  
 videm, cum adversus Philistaum decernit. Sic Petrum,  
 cum zelo incensus gladium adhibuit, quo tempore Do-  
 mino pacis bellum a Iudeis inferrebat. Sic S. Kune-  
 gundis male viventem Monialē verberavit. Di-  
 vinum oraculum, inquit S. Iud. Pelusioti, Non sim-  
 pliciter irasci, sed frustra ac temere veruit. Licet enim  
 irasci, cum id vel ob Dei gloria sit, vel ob eos, quibus ini-  
 iuria inferitur, vel ut proximi ad meliorem mentem re-  
 uocentur. Nam & Moyses vir aliqui summā lenitate  
 praeditus, in eos, qui vitulum effecerant, irā exarsit, eosque  
 funditus de medio tolli iussit: & Phinees iu qui supra  
 crimine se devinxerat, iratus est, eosque lanceā interemit;  
 & Elias Iudeis, eosque fame attrivit; & Paulus Elymas, &  
 Petrus anania & Saphira, & Pat er filio, & Magister  
 discipulo ignavia torpenti irascitur: nec quisquam ira-  
 cundiam hanc esse dixerit, verū Philosophiam & cu-  
 ram ac sollicitudinem. Cum ergo vel de divina gloria, vel  
 de vindicandis eorum, qui leduntur, iniuriis agitur, vel  
 de proximorum emendatione, licet irasci. Ob eam enim  
 causam nobis ira insita est, non ut nos quoque peccemus,  
 sed ut peccantes prohibeamus; nec ut ea turbidus motus  
 ac morbus sit, verū ut vitiosarum affectionum medi-  
 cina. Nos autem medicamentum in venenum commu-  
 tamus, dum eo ad ea, quae minime decet, abutimur. Sci-  
 licet, dū irascimur quando non oportet, & plus  
 quā oportet. Et alio in loco sic scribit: Corporis  
 voluptates lepida sunt, eamque vim habent, ut hominē  
 velut prestigis quibusdam illiciant, ac rationem ē prin-  
 cipatu exturbent, atque omnia sursum & deorsum mi-  
 sceant. At si ira rationi suppetias ferat, ac tanquam ste-  
 pator Regi obedientem se praebeat, facili negotio illa op-  
 rimentur. Iusta enim irā adversus eas excitatas minas  
 haudquaquam sustinebunt: verū irrito conatu abi-  
 bunt, victoriam rationi, qua victrix esse debet, conce-  
 dentes. Atque hoc est, quod Psalter monuit: Irascimini  
 & nolite peccare. Quocirca benē Nemesis iram  
 appellavit, satellitiam rationis; & Aristoteles, Pas-  
 sionem irae excitatam per virtutem fortitudinis, adju-  
 vare ad altum eius fortius exequendum, ut supra di-  
 ximus. Quā de re praeclearē idem sic statuit: Qui  
 ob quae oportet, & quibus oportet irascitur, addo etiam,  
 quo modo, & quando, & quousque debet, laudatur, esse-  
 que is mansuetus potest, quippe cum mansuetudo ipsa,  
 laude afficiatur. Mansuetus enim ille est, qui perturba-  
 tione vacat, & ab affectu minime ducitur, sed quem ad-  
 modum ratio ipsa statuerit, ita, & ob id, & tamdiu suc-  
 censeat. Peccareque potius videtur is defectu; ( si non  
 irascitur dum opus est) quippe qui non ad vitionem,  
 sed ad veniam dandam promptior sit. Potest ergo cū  
 perfecto passionum dominio consistere ira mo-  
 derata ac iusta, cum acri reprehensione & pu-

1.1. epist. 418.  
 Ex. 32. 27.  
 Nu. 25. 8.  
 1. Reg. 17. 50.  
 Ioan. 18. 10.  
 S. Kune-  
 gundis in  
 Vita.  
 1.2. epist. 439.  
 3. Reg. 17. 1.  
 Act. 13. 11.  
 Act. 5.  
 1.3. ep. 338.  
 Psal. 4. 5.  
 1. de nur.  
 h. cap. 21.  
 1. 4. eph.  
 c. 5. n. 15.  
 1. 4. eph.

nitione aequa coniuncta, sed maxime, cum ani-  
 mo minime perturbato. Hoc oculatus testis in  
 S. Ignatio Ribad. sic descripsit: Vidimus per sepe illū  
 affabiliter hilareque & magnā animi aequitate collo-  
 quentem cum suis, accersere aliquem, quem obiurgare  
 vellet, primoque illius aspectu commutare vultum, ad  
 severitatem componere, & quasi iratus esset, gra-  
 viter hominem corripere & castigare, statim tamen atque  
 ille exceperat, ne puncto quidem temporis interiecto, ad  
 suam illam tranquillitatem iucunditatemque sermo-  
 nis, sereno vultu, explicatā fronte rediisse, perinde ac si  
 nunquam aut ille intervenisset, aut quenquam obiur-  
 gasset. Quocirca benē Plato scripserat; quaedam  
 vitia corrigi non posse, sine generosa quadam irā. Et  
 antea dixerat; Oportere iracundiam quemvis virum  
 esse, & maxime etiam mitem. Vti fecit in exemplis  
 nunc allatis S. P. N. Ignatius. Et ut addit Plato:  
 Qui sine modo & remedio pravus malusque est, in eum  
 iram licet liberius laxare. Quia, ut ait Laetantius, si-  
 ne irā peccatum non potest corrigi. Cum verō Ignatius  
 obiurgaret quempiam (ut idem alio in loco scribit)  
 sepe animadversum est, sermonis gravitate adumbrā,  
 acerbiter omnem abfuisse, neque eum verbo momo-  
 disse quenquam, sed rerum severā explanatione copu-  
 nxisse. Neque enim quenquam cum asperius etiam obiur-  
 garet, vocabat aut non obedientem, aut superbum, aut  
 inertem, aut pigrum, sed quid cuique inesset vitij, rei ex-  
 planatione ostendebat. Et constat illū per 30. & ad am-  
 plius annos, ne fatuum quidem aut stupidum appellasse  
 quenquā, aliove contumelioso verbo affectisse. Hinc fiebat  
 ut alibi narrat idem Ribad. ut in tantā hominum  
 multitudine, nemo serē ab Ignatio, aut verbū castiga-  
 tus aut penitentia aliquā graviore affectus indignare-  
 tur, nemo in obiurgantem irā, vel aliqua perturbatione  
 incitaretur, sed in se ipsum exarscisset, quod deliquis-  
 set. Quod ed mirabilis fuit, cum Ignatius solitus fuerit,  
 pro minimis delictis magnas nonnunquam penas con-  
 stituere, & in levis erratis gravia interdum exempla  
 statuere. Sentiebant enim omnes se illi filios esse charis-  
 simos, & tantum cuique imponebat oneris quantum ferre  
 posset, vel aliquando etiam minus, ne ponderis magnitu-  
 dine opprimerentur, sed potius cum gaudio illud perfer-  
 rent, & non gementes. Se verō ab errore reuocantes, e-  
 quē compledebatur ac suscipiebat, ac si nihil deliquis-  
 sent, ut praesenti benevolentia illorum minueret vere-  
 cundiam, & omnē errati memoriam sempiternā obli-  
 vione deleteret. Ille est modus irascendi obiurgandi  
 & puniendi, habentium passionum dominium.  
 Sic Moyses, qui teste Spiritu sancto erat vir  
 mitissimus super omnes homines, qui morabantur in  
 terrā, tamen, ut loco supra citato notat B. Laur.  
 Iust. accensus zelo, 23. millia virorum, qui vitulum au-  
 reum adorare praesumpserant, vno die iugulavit. Etiam  
 perfecti habent motus suos, sed alii dissimiles ( quia a  
 ratione imperatos & moderatos, & iustos.) Ac-  
 cendantur zelo rectitudinis, & erga delinquentes inue-  
 ctionis iacula intorquent. Dediignantur, sed non dedi-  
 gnanter, persequutiones excitant, sed amantes: non ho-  
 minis naturam, sed hominum vitia insequuntur, ut cor-  
 rigan, non ut perdant. Hoc Phinees regis zelo, ma-  
 ximam

260.  
 Rib. lib. 5.  
 1. de leg.  
 1. de ita  
 Dei. c. 1.  
 1. c. 6.  
 261.  
 1. c. 7.  
 261.  
 Nu. 11. 3.  
 Exo. 31.

vimam fornicatorum exercuit stragem. unde illi ad iustitiam in sempiternum reputatum est. Quotquot ad perfectionis ascenderant fastigium. hoc rectitudinis zelo ardeant. Quocirca tantum abest ut contra dominium passionum sit irasci. ut potius sit vitium non irasci. dum iram iusta causa exigit. Quae de re pulchre agit Gellius ex sententia Plutarchi & Tauri Philosophi: Plutarchus inquit. Seruo suo nequam homini & contumaci sed libris disputationibusque Philosophiae aures imbutas habenti. tunicam detrahit. ob nescio quod delictum cedit. eum loco iussit. Ceperat verberari obloquebatur non meruisse ut vapularet. nihil mali. nihil celeris admisisse. Postremum vociferari inter vapulandum incipit. neque iam querimonias aut gemitus euulsi. facere. sed verba seria & obiurgatoria. Non ita esse Plutarchum. ut diceret. Philosophum irasci turpe esse. Sape enim de malo iracundia edisserauisse. librum quoque *περὶ ἀδωγνίας* & pulcherrimum conscripsisse his omnibus quae in illo libro scripta sunt. nequaquam conuenire. quod protulit effususque in iram. plurimum se plagis multaret. Tum Plutarchus leniter & leniter. Quid autem inquit. verbero. nunc ego tibi irasci videor. Ex vulnere meo. an ex voce. an ex colore. an etiam ex verbis correptum esse me iram intelligis? Mihi quidem. neque oculi. opinor. irices sunt. neque os turbidum. neque immaniter clamo. neque in spumam ruboremque effervesco. neque pudenda dico aut penitenda. neque omnino trepido ira & gestio. Haec enim omnia. si ignoras. signa esse irarum solent. Et simul ad eum qui cedebat. conuersus. Interim inquit. dum ego atque hic disputamus. hoc tu age. Subdit Gellius. Tauri sententiam ex ea Plutarchi responsione hausit. Summa autem totius sententiae Tauri haec fuit. Non idem esse existimant. *ἀδωγνίας* & *ἀνδραγαθίας*. aliudque esse non iracundum animum. *ἀνδραγαθίας* & *ἀνδραγίας*. Nam aliorum. omnium quos Latini Philosophi affectus vel affectiones. Graeci Πάθη appellant. ut huius quoque motus animi. qui cum est viciosa causa seuior. ira dicitur. non priuationem esse vitalem censuit. quam Graeci *εἰσθησις* dicunt. sed mediocritatem quam *μετρίω* illi appellant.

Adiungam hic de iusta positione non omitteuda. dum eam exigit delictum & alia circumstantia. personarum. loci. & temporis. & occasionum. Est iusta misericordia. inquit S. Ambrosius. *est etiam iusta misericordia*. Denique in lege scriptum est de quodam. Non misereberis illius. Et in libro Regnorum legis. quia Saul postea contraxit offensam. quia miseratus est Agag hostium Regem.

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM.

An possit assignari certum temporis spatium. quo exacto acquiratur passionum dominium?

163. R. Espondeo. non posse. Cum enim valde specialia & varia Diuinae gratiae auxilia & praesidia

necessaria sint ad acquirendum passionum dominium. & nemo mortalium scire possit. quae. & quot. & in quo gradu sint vnicuique necessaria ad edomandas passiones. & an ei sint diuinitus certo suppeditanda. ideo temerarium esset. certum praescribere spatium temporis pro hac re acquirenda. Et quod Abbas Charemon Coll. 12. apud Cassianum. respondit Germano interroganti. quanto spatio temporis Castitas possit perfecta acquiri. idem de quavis virtute & de passionum dominio respondendum est: Temerarium esse super consummatione huius certam temporis definire mensuram. quae non facile. etiam in istis materialibus artibus. ac visibilibus disciplinis discerni potest. Secundum intentionem namque animi. atque ingenij qualitatem. necesse est eas ab vnoquoque vel celerius vel tardius apprehendi. Quocirca dum Charemon paulo post spatium 6. mensium praescribit. intra quae cognosci queat possibilitas castitatis adimplenda. male & non coherentem supradictae sententiae loquutus est. ut bene etiam obseruauit in Virâ P. Balthazaris Aluarez P. Ludouicus de Ponté. Dei id munus est. Deus vni citius. alteri tardius id largitur. iuxta beneplacitum suum. quandoque velocius indignioribus quam dignioribus. quandoque tardius iis. qui naturam habent magis facilem ac pacatam. quam alii efferaiore ac duriore naturali complexionem horridis. *Ut non gloriatur in conspectu eius omnia caro.* Ordinarius tamen est iste Dei cursus. ut citius illis sua communicet dona ratiore. qui bono vsu auxiliorum Diuinae gratiae. se disponunt per exercitia virtutum. & cooperationem suam. ad dona Diuina praestantiora. iuxta illud axioma Theologorum bene explicatum: *Facienti quod in se est. Deus non denegat gratiam.* scilicet ampliozem. si fecerit alia praemia. beneficio tamen non solum naturae. sed Diuinae gratiae. nos a rebus minus perfectis ad perfectiores ob Christi merita. excitatis & conducentis. Nam. ut definitum est in Conc. Atruficano secundo: *Si quis per natura vigorem. bonum aliquod. quod ad salutem pertinet. vita aeternae. cogitare aut eligere posse confirmat & c. heretico fallitur spiritu.* Et. ut scribit S. Aug. *Quod attinet ad pietatem & religionem. non sumus sufficientes cogitare aliquid quasi ex nobis. & nemo sibi sufficit ad incipiendum vel perficiendum quodcumque opus bonum.*

Ideo merito S. Thomas cum melioribus Theologis docet. *preparationem hominis. si consideretur secundum quod est a libero arbitrio. nullam habere necessitatem ad gratiae consequentiam. sed secundum quod est a Deo mouente.* Et ita bene dixit de grat & Abbas Serapion apud Cassianum: *Impossibile est. de qualibet passione triumphum quempiam promereri. priusquam intellexerit industria vel labore proprii certaminis semet obrimere non posse.* Inter industrias verò est. *tempus.*

Merito ergo in virâ P. Balth. Aluar. scriptum est. a P. Ludouico de Ponté: *Non oportet Deo praescribere tempus visitationum & misericordiarum suarum.*

